

59

procul ab imperii corde: Bellum gerat: Quā post receptum intra uiscera  
hostem de imperio dīmicare cogatur. Cæterum fefellit eum spes: Nam ho-  
sti congressus: maxima strage est p̄fligatus. Atq; post magnas lōge lateq;  
depopulationes: Satis habuit inito cū his fēdere: atq; amicitia utrāq; missi  
am inhabitandam concedere. Quietiere interim Bulgari aliquot p annos.  
Sed nulla satis firma ferocis inter ingenii populos: esse pax potest. Alter-  
na itum uicissitudine pacis & belli. Postea uero q̄ maiorem immodum de-  
minutum illud imperium est. Firmorem deinde aliquanto pacem reddi-  
dit Beatissimus Cyrilus oratiōe siquidem & miraculis regem cum uniuersa  
gente ad christianum suscipiendum baptisma perduxit. De quo qdem  
rege memorabile illud. Qui cum prēter christianum characterem ad mōa-  
sticam quoq; uitam se contulisset: Regnūq; administrādum maiorī natu-  
filio reliquisset: Atq; ille paterno contempto exemplo redisset ad gentilitā-  
tem. Pater cōmotus filii temeritate: egressus monasterium: & monastica  
tantisper ueste deposita: sceptro regio resumpto: filium i uincula coniicit:  
Atq; tā uisu q̄ regno deturbat. Non ego inquiens te regem institui: ut ali-  
ter q̄ a me edoctus esses: Regnū meum gubernares: Amittes tu uisum re-  
gnūq; posteaq; tibi mētis oculos animi impietas excecauit. Susfecto ita  
q; in eius locum filio natu minori: summa gentis concordia & pace: ad mo-  
nasticam uitam: quam semel uouerat reuersus est. Eius autem gentis ad-  
uentus: sedesq; date: nō paruo tandem imperio usui fuere. Tenuere eas us-  
q; ad turcorum in Europam transmissionem. Multa cum iis prēlia gesse-  
runt. Repressi turci multotiens: neq; ullam gentem ferociorem acriorem-  
q; in bellis experti sunt. Ut etate quoq; nostra Bulgari complures de Tur-  
co hoste uictorias reportaret. Hæc autem quē supradiximus Imperatoris  
Constantini aduersa cum Bulgaris prēlia i italiā allata pacis tractatum  
oēm cui Agatho magnopere studuerat diremit: Langobardorum ai elati  
ad omnia quęcunq; libido & auaritia suasisset audenda: Cum uiderent im-  
perium duplici uexatum morbo uno: Externis Sarracenorum Bulgaro-  
rumq; bellis: Altero discordiis pontificum: & imperatorum. Nihil iam in  
italia sanctum: nihil fidei reliquum esse. Pontifices destituti transmarinis  
auxiliis: per seipſi quid possent: Mittebantur Hexarchi sine uīlis copiis ui-  
ribus ue. Copiæ quas apud Rauennam pusillas tenuesq; tenerent: Pasce-  
bantur ciuitatum sociarum: non tam prouentibus q̄ rapinis. Itaq; pontifi-  
cis atq; imperatoris partes ad id iam redactæ: ut nihil relinqui uideretur:  
nisi qđ langobardus sponte & uelut in gratiam permisisset. Maxime ea  
tempestate Venetiæ auctæ cum tanta malorum incōmoda italiā ferre non  
posset. Multæ accessere familiæ: Multæ ecclesiæ conditæ. In quis apud Tor-  
cellū ecclesia cathedralis Beatissimę uirginis ubi deposita corpora sancto-